

## Angers 11 (lat)

### INCIPIT IUDICIUS

Veniens homo nomen **illi** Andecavis civetate ante **illo** agente vel reliquis, <sup>1</sup> qui cum eo aderant, interpellabat aliquo homine nomen **illo**, quasi iumento suo ad furtis condicionis abuissit; et ipsi **illi** una cum genitore suo ibidem aderat et hoc fortiter denegabat, quod ipso iumento post<sup>a</sup> se numquam habuisset. Sic visum fuit ipsi agente [vel<sup>b</sup> reliquis] qui cum eo adherunt<sup>c</sup> ut, genitor suos, **illi** pro filio suo **illo**, quia et ipsi genitor, aput homines **tantus** ipsi **illi** in basileca domni **illius** in noctis **tantus** pro filio suo **illo** excusare deberit. Se hoc facere potebat, ipsi **illi** contra ipso **illo** compascere deberit; sinautem non potuerit, hoc contra ipso emendare stodiat.

### INCIPIT NOTICIA AD SUPRA<sup>d</sup>

Noticia sacramenti, qualiter vel quibus praesentibus. <sup>2</sup> Ingressus est **illi** in basileca domne **illius** per iudicio **illo** agente. Iuratus<sup>e</sup> dixit: „Per hunc loco sancto et divina omnia, quod<sup>f</sup> hic aguntur, quae hic Deo plenius offeruntur, unde me **illi** repotabat<sup>g</sup> quasi iumento suo ad furtis condicionis post<sup>h</sup> me habuisset, et per meum ingenium ipso iumento digere<sup>i</sup> abuisset: nec ipso iumento numquam habui, nec per meum nullum ingenium ipso iumento numquam perdedit; nec aliut tibi de hac causa non redebio nisi isto edonio sacramento.“

<sup>a</sup>post se] = secum

<sup>b</sup>vel reliquis] ergänzt, fehlt Fu<sub>2</sub>, so auch Roz; [vel] ergänzt Zeu

<sup>c</sup>adherunt] = adhaeserunt

<sup>d</sup>supra] liest supradi und ergänzt supradi[cto iudicio] Zeu

<sup>e</sup>Iuratus] = iurator

<sup>f</sup>quod] verbessert aus quid Fu<sub>2</sub>

<sup>g</sup>repotabat] = repetebat

<sup>h</sup>post me] = mecum

<sup>i</sup>digere ... iumento] ergänzt in margine Fu<sub>2</sub>

<sup>1</sup>[fol. 145<sup>r</sup>]

<sup>2</sup>[fol. 145<sup>v</sup>]